Extrinſecus.

eum { Anethinum.
de Capparibus.
de Geniſta.
Scorpionum Matth.

Huc etiam referri poſſunt lapidem fra gentia, quæ quidem caloris gradum pri mum non excedant, de quibus infra dic tur.

Sudorifica, ſiue

Υδρωτικα.

SVdorifica, Græcis Hydrotica, vari ſunt, quadã humorem attenuant, & in halitum quadantenus vertunt, neque im pellunt ad corporis circumferentia, qua etiam meatus reddunt laxos, & ſudori pa tios; alia materiam trahunt ad cutem eiuſque poros expediunt vel rarefaciendo, & mediocriter calefaciendo, ſi adſtrict ſint, vel etiam extenuando, & abſtergendo, ſi quid craſſum impactum ſit: Illa ſunt ca lida 3. receſſu, & partium tenuium, & proprie diureticis aliquantò calidiora, & tenuia magis. Iſta ſunt abſtergentia, & ra refacientia, de quibus in prioribus tabulis, ad quæ etiam ſpectãt remedia attrahentia,

quæ

quæ ad manus operam spectant veluti frictiones, lagenæ calentes, balnea sicca, & similia, quibus corpori admotis sudor elicitur. Quæ sudorem mouent attrahendo extrinsecus. Præter dicta sunt alia quædam impropriè talia, quæ præbendo humiditatẽ in halitu, facile solubilem, & mediocriter extergendo sudorem mouent, licet calida non sint, veluti acida, & hordei decoctum, quæ & ipsa quodammodo sudorem mouent impellendo Mouent autem sudorem impellendo sequentia omnia.

Allium in hydromel.coctum.
Angelica odorat.decoct.ex vino albo.
Angelicæ aqu.destillata ex aq vitæ.
Acida omnia.
Buxi ligni decoct.& extractum.
Bezaar lapis, maximè Orient.
Carduì sancti decoctum, extract.& aqu.
Caryoph.dec.aqu.
Chamædryos decoct.
Chamæmeli decoct.aqu.
Cinnabaris naturalis, cui ter affusa sit aq. vitæ opt.
Chinarum rad.
Chelidonii masc.dec. extr.
Crocus, & eius extr.cum aqu. vitæ præp.
Dracuntij decoct.ex vino.
Ebeni ligni decoct.
Ferulæ sem.
Fumariæ dec.& aq.è succo lim.destillata

Fra-

Fraxini cort.& lignum.
Zingiber, & eius extr.
Guaiaci decoct. & extract.
Hordei decoct. aqu.vel sola, vel cum aliquot guttis spiritus vitrioli.
Iuniperi ligni decoct.& extr.
Lauri cort.& ligni decoct.
Laureolæ decoct.
Lentis palustris aqua destillata.
Lupull rad.dec.
Myrrhis.
Millij decoct.
Nucum viridium aqu.destillata.
Petasitidis rad.
Pimpinellæ aq.
Polygoni ex vino decoct.
Pentaphyli rad.dec.
Sassafras dec. extr.
Salsæparillæ dec.
Sabinæ decoct.
Sal absinthij chym.
Spiritus { Tartari, Sulphuris, Vitrioli.
Sulphuris flos bis sublimatus.
Tabaci indici decoct.
Tormentillæ rad.decoct.
Vnifolij rad. decoct.

Composita.

Aqua

Aqua thermalis.
Mithridatica conf.
Theriaca.
Syrup. S. Ambrosij, qui paratur ex vna parte vini albi calentis, & duabus decoct. milij.
Antimonium.
Mercurius.

Digerentia siue.

Διαφορήτικα.

INsensibiliter vacuant digerentia, discutientia, attrahentia a centro ad circumferentiam, inter quæ magna est affinitas, & solùm inter facultatis gradus distinctio. Digerentia humorem attenuant, inque halitũ convertendo dissipant; nã quæ sola siccitate, aut alia ratione humiditatem partis absumunt, combibunt, exprimunt, propriè digerentia dici non merentur: cùm vero halitus rarefactione producatur, quæ caloris est effectus, clarum est proprie digerentia esse calida. Calor autem vel humiditati est iunctus, vel siccitati. Ille proprius est debiliter digerentium, quæ mollientia dicuntur: hic conuenit paulò validiùs digerentibus, quorum triplex statui potest ordo.

Primus eorum, quæ calida sunt partiumque tenuium: quam ob causam altius se in-